

II. — Esto quod intellectiones obtineantur per transformationem phantasmatum vel aliarum sensationum; admit-tenda tamen erit facultas a sensu diversa, eoque superior, cuius activitate talis transformatio operetur. Iam facultas haec nescimus quaenam esse possit in sententia adversario-rum, qui, praeter sensum, nullam aliam facultatem in ho-mine agnoscunt. Ergo...

III. — Transformatio sensationum (quae sunt operationes organicae ideoque materiales) in intellectiones (quae sunt operationes inorganicae ideoque immateriales) intrinsece re-pugnat aequae ac repugnat transmutatio substantiarum cor-porearum in substantias spirituales. Id videntur non ignorare adversarii, siquidem ipsi generatim — 1) cum *materialistis* castra iuncta tenent atque immaterialia vel aperte infician-tur, vel cum vaporosis turpiter confundunt: — 2) cum *em-piricis* et *positivistis* nobis essentiarum cognitionem dene-gant; — 3) cum *nominalibus* universalialia ad mera nomina audacter redigunt.

IV. — In hoc systemate inexplicatae remanent opera-tiones propriae intellectus, sicut iudicium, ratiocinium et reflexio. Revera:

1) Quodlibet iudicium includit notionem universalis-simam entis, quae exprimitur quum dicitur *est* vel *non est*; et quodlibet ratiocinium includit saltem unam generalem praemissam. Atqui sensistarum sententia notiones nostrae universales et iudicia quae iisdem coalescunt (non exceptis principiis seu iudiciis primis *identitatis*, *causalitatis*, *sub-stantiae*, etc.), nulla obiectivitate donantur, nosque proprie

instante que no, que esto es imposible: lo que demuestra la existencia de una idea que nada tiene que ver con aquellas representaciones, y que esencialmente excluye lo que ellas incluyen.

» Lo dicho de la idea de Dios es applicable á muchas otras. Apenas entendemos nada, sin que entre como un elemento indispensable la idea de relación; ¿ y como se representa la relación? En la imaginación de mil maneras, como punto de contacto de dos objetos, como hilos que los unen; pero ¿ la relación es algo de esto? no. Al preguntárenos en qué consiste, ¿ tenemos ni el menor asomo de duda de que pueda ser algo de esto? no » (BALMES, *Filosof. fundam.*, lib. IV, cap. IV).

non cognoscimus nisi facta seu phaenomena quae in horas mutantur.

2) Reflexio stricte sumpta, qua intelligens quodam-modo sese compenetrat et intelligit intellectiones suas, re-pugnat facultati organicae ideoque materiali. At: — *a*) sensistae nonnisi facultates sensitivas atque ideo organicas, materiales admittunt; — *b*) reflexio lockiana, ex suiipsius auctoris sententia, nihil aliud est quam attendita ac repetita observatio facultatis sensitivae internae (1).

(1) Condillac, qui recentioris sensismi merito quasi pater habetur, plures operationes intellectivas enumerat, *attentionem* scilicet, *compara-tionem*, *iudicium*, *reflexionem*, *ratiocinium* etc., quas tamen contendit omnes reduci ad sensationem. — Iuxta ipsum: *attentio* est sensatio quaedam vividior unius prae aliis obiectis; *comparatio* est duplex simul-tanea attentio ad duo obiecta, ideoque duplex vividior sensatio; *iudicium* est sensatio convenientiae vel non-convenientiae duorum obiectorum; *reflexio* est series quaedam iudiciorum, ideoque comparisonum, atten-tionum, sensationum; *ratiocinium* tandem est iudicium deductum ex alio iudicio et ideo sensatio deducta ex alia sensatione. Sed contra:

1) *Attentio* exerceri potest etiam circa res, quae minus vivide sen-sum feriunt; immo exerceri potest etiam circa res, quae sensum nec fe-riunt, nec ferire queunt.

2) *Comparatio* non est duplex sensatio (possumus duas vel plures res sentire, quin tamen eas comparemus); sed fit inter duas sensationes, vel res sensibiles, necnon inter duas intellectiones vel res intelligibiles.

3) *Iudicium* nullo modo confundi potest cum sensatione, etenim sen-satio exercetur tantummodo circa res quae organismum afficere possunt: nos autem iudicamus etiam de his quae organismum haudquaquam af-fecerunt vel afficient: cuiusmodi sunt omnes res immateriales *per se* (Deus, angelus...) omnesque res immateriales *per abstractionem* (ens, verum, bonum, substantia, accidens, causa, effectus et, breviter, omnia universalialia, non exceptis relationibus convenientiae et non-convenientiae, quae idcirco diximus nonnisi *implicite* sensibus apprehendi).

4) Ipsa *reflexio* sensitiva, ut nomen innuit, praesupponit quidem sensationes anteriores in quibus percipiendis versetur; at non consistit in ulla sensationum serie. Idem a fortiori tenendum de reflexione pro-prie dicta seu intellectiva (Cfr. pag. 189-90).

5) *Ratiocinium* non est deductio unius sensationis ex alia, enim-vero: — *a*) sensatio non exhibet nisi singularia; contra ratiocinium semper includit plures notiones universales; — *b*) sensatio non exhibet nisi materialia, contingentia, mutabilia, temporanea; contra ratiocinium saepissime fit circa res immateriales, necessarias, immutabiles, aeternas.



V. — Sensismus adimit religionem, scientiam, humanam libertatem, moralitatem, etc.

1) *Adimit religionem*, nam penes sensistas ideae, quarum obiectum non experimur, omni prorsus valore destituuntur. Atqui Deus, anima, infinitas, aeternitas, et alia plurima quibus religio fundatur, certo nostram experientiam omnino effugiunt. Ergo...

2) *Adimit scientiam*. Re sane vera, sensus non percipit nisi quae in organismum impressionem faciunt, nempe res materiales, singulares, contingentes, mutabiles. Atqui scientiae omnes, non exceptis iis quae ab observatione et experientia nomen habent: — *a*) praesupponunt cognitionem veritatum quam maxime universalium, necessarium, immutabilium, quae illarum formationi praesunt quaeque idcirco *principia formativa* scientiarum appellantur (*principium identitatis, causalitatis, substantiae*, etc.) — *b*) versantur in universalibus ac necessariis, nempe in essentiis genericis et specificis rerum, absolutis ab omnibus conditionibus individuandis, temporis, loci, quantitatis determinatae etc.; — *c*) constituuntur complexu ordinato veritatum pariter universalium. Ergo... (1).

(1) « È egli vero... che l'uomo non possa elevarsi al di sopra dell'osservazione sensibile, o, come dicono molti, che « solo il sensibile sia conoscibile? » È qui l'errore del positivismo. È a tutti chiaro che questa teoria distrugge esplicitamente le scienze metafisiche, le quali, non si fermando all'esperienza, trasvolano nei campi superiori dell'intelligibile o razionale. Ma io vi dimostrerò una cosa non da tutti avvertita, anche a voi forse inattesa, e che deve far tremare le vene e i polsi ai positivisti. Dico dunque che questo canone distrugge anche le scienze sperimentali. Infatti abbiamo veduto di sopra che i fenomeni isolati e le osservazioni non costituiscono da sé scienza, per aver la quale è necessario arrivare a stabilire delle leggi universali e necessarie, che, in forza di questi caratteri, siano applicabili egualmente alla spiegazione del passato e alla previsione del futuro. Ora l'esperienza può bensì dare dei fatti staccati, sconnessi, ma non l'universalità e la necessità della legge: l'esperienza dice quel che è, non quel che dev'essere; quel che è nei casi osservati (*hic et nunc*), non quel che è in tutti (*ubique et semper*). Chi vi dà il diritto di stabilire che l'angolo d'incidenza è sempre e necessariamente uguale all'angolo di riflessione? — L'esperienza dirà l'empirista. — Ma adagio, di grazia. Converrete che nessuno può finora

3) *Adimit libertatem, moralitatem*, etc... Et re si verum esset intellectum non distingui a sensu, voluntas non distingueretur ab appetitu sensitivo. Sed appetitus sensitivus, utpote facultas organica, organismi conditionibus se nequit subtrahere, eis resistere, cum eis luctari: quod est essenziale humanae libertati. Ergo sensismus adimit libertatem. Atqui, dempta libertate, convellitur moralitas eo modo quo,

avere mai sperimentato quel che sarà domani, di qua a sei, dieci milioni di anni, e in generale nel futuro; dunque l'esperienza non vi autorizza ad estendere la vostra legge al futuro; dunque non dite più d'ora innanzi l'angolo d'incidenza è sempre (e però sarà anche in avvenire) uguale all'angolo di riflessione; ma contentatevi di enunciare che nel passato fu così, e che del futuro non ne sapete nulla. Anzi e come potrete dire che fu sempre così? Avete voi mai sperimentato tutti i casi del passato? I raggi incidenti e riflessi nelle lunghissime epoche geologiche prima della comparsa dell'uomo chi gli ha mai visti? E nei tempi storici chi gli ha misurati in quei luoghi ove l'uomo non era, oppure ove era l'uomo, ma non un occhio fisico osservatore? Se voi doveste circoscrivervi nei limiti dell'esperienza, povera gente! Vi converrebbe enunciarla press'a poco così: nei casi sperimentati pel passato, là dov'era un osservatore, si trovò sempre che l'angolo d'incidenza era uguale all'angolo di riflessione. E del futuro? Non ne so nulla. E dei casi dove mancava un uomo o chi si occupasse di scienza? Egualmente nulla. Lo stesso dite di tutte le altre leggi di fisica e di chimica, di botanica e di zoologia. E allora addio scienze, delle quali si potrà dire veracemente che povere e nude vanno come per istrazio fu detto un tempo della filosofia. Resteran dei fatti slegati, non delle leggi; si saprà quel che fu per contingenza in certi casi, non quel che per necessità deve essere in tutti; non leggi, non scienze, non sistemi. È una conclusione di logica rigorosa: e se ne accorse il Taine, il quale benchè devoto discepolo d'Augusto Comte, nel suo « Studio su Stuart Mill. » (Cf. *Positivisme Anglais*, part. I, § IX) scrisse queste parole che devono sconfiggere ogni positivista: « Noi dunque siamo cacciati da questo sistema irremissibilmente fuori dell'assoluto; le nostre facoltà e le nostre osservazioni non vi possono aspirare per nulla; rimaniamo racchiusi in assai piccola cerchia; il nostro spirito non si spinge al di là della sua esperienza. Noi non possiamo stabilire tra i fenomeni alcun legame necessario ed universale; forse neppure esiste un siffatto legame. Mill a questo punto si arresta, ma certo se il suo principio si spingesse sino alle ultime conseguenze, si arriverebbe a considerare l'universo, quale un semplice ammasso di fatti. Nessuna necessità intima ne produrrebbe i vicendevoli rapporti e la loro stessa esistenza... Il Caso, come presso Democrito, sarebbe nel cuore delle cose... È questa l'ultima, immancabile conse-



demptis notionibus essentialium, universalium, necessariorum, immutabilium, convellitur scientia. Nil mirum igitur si philosophi maioris notae, qui systema peripatetico-scholasticum aut ignorarunt, aut falso impar existimarunt ad explicandam idearum originem, ne sensismo subscriberent, maluerunt ideas innatas configere, vel etiam contendere ipsas per Dei intuitionem vel per traditionem revelationem obtineri.

**Prob. II. p. (innatismus) — I.** — Opponitur observationi constanti et communi quae dictat homines, ubique terrarum, nullis ab initio potiri speciebus et cognitionibus intellectivis, sed has paulatim sibi comparare exercitio sui intellectus, sicut exercitio suorum sensuum sibi paulatim comparant species et cognitiones sensiles.

**II.** — Nullam assignat rationem sufficientem necessitatis quam anima intellectiva, in statu unionis cum materia, semper habet aliquo phantasmate ad intelligendum. Sane, si ideae sunt ingenitae menti nostrae, insuper aliquid expriment (repugnat autem ideam nihil exprimere cum eius essentia proprie consistat in expressione mentali alicuius rei), cur nos haudquaquam, illis uti possumus quin praeierit exercitium sensuum et phantasmata aliqua (saltem vocum

guenza del sistema; il quale ha ridotto gli assiomi a semplici verità sperimentali, ha disciolto da per tutto sì nella natura, sì nella scienza gli intimi legami; ha surrogato al necessario l'accidentale, alla causa l'antecedente, e finalmente si assomma in questo, che ogni utile compito della nostra mente non può aver altro effetto, che di formar delle coppie, cioè di congiungere assieme due fatti per natura loro separati ». So che cosa potrà obbiettarvi qualche positivista ingegnoso: la natura è perennemente costante e però le sue leggi devono essere sempre ad un modo. Ma attenti ai cattivi passi. Chi vi assicura della perenne costanza della natura? — L'esperienza. — No. Questa vi dice che la natura è costante nel presente, che tale fu nel passato conosciuto, ma nulla può dirvi del futuro; e perciò il passaggio dall'uno all'altro o è arbitrario e sofistico, o non è fatto in forza dell'osservazione sperimentale. Dunque o rinunciare al canone che la scienza umana è circoscritta nel giro dell'esperienza possibile, o rinunciare ad ogni scienza anche sperimentale. La storia conferma il ragionamento, perchè l'Hume dal sensismo del Locke dedusse lo scetticismo, (FERRARI, *I tre ordini della conosc. umana*; pag. 108-11).

quibus ideae extrinsecus manifestari solent) comitentur ipsas ideas?

Neque supponant adversarii sensationes et phantasmata esse menti necessaria ad excitandas ideas in illa quidem existentes, sed in statu habitus et quodammodo consopitas. Nam suppositio haec gratuita simul et falsa esset: — *gratuita*, quia, ex testimonio conscientiae, cognitiones seu ideas, quae habitualiter possidemus, etiam sine ullo externo incitamento in actum revocare possumus: — *falsa*, quia res spirituales, ut ideae, repugnat excitari posse a rebus materialibus, quaemadmodum sunt phantasmata caeteraque repraesentationes organicae.

**III.** — Si cognitio nostra intellectiva ortum duceret ex aliqua idea innata, obiectum proportionatum ideoque primum intellectus nostri esse deberent res immateriales; etenim ideae innatae, utpote immateriales et aut a Deo inditae intellectui nostro aut ex ipsa natura immateriali intellectus nostri dimanantes, essent profecto magis aptae ad repraesentandas res immateriales, quam res materiales. Atqui experientia contrarium prorsus testificatur (Cfr. pag. 181-2). Ergo...

**IV.** — Aut cunctae ideae, repraesentantes essentias rerum, sunt innatae, aut nulla; etenim cunctae prae se ferunt characteres abstractionis et universalitatis. Atqui magna innatarum pars admittit plures ideas, non innatas, sed acquisitas esse. Ergo... — Adversariorum error gravior fit propterea quod, iuxta ipsos, sunt praesertim ideae abstractissimae et universalissimae (entis, veri, boni, substantiae, causae, etc.), quae innatae esse deberent. Abstractio et universalitas, nedum sint impedimentum acquisitioni idearum (sicut fingunt adversarii), ei favent; enimvero ideae, quo magis sunt abstractae et universales, eo magis sunt faciles efformatu (Cfr. pag. 184).

**V.** — Innatismus cedit in subiectivismum et idealismum. Res in perspicuis est: nam si ideae universales non hauriuntur ex ipsis rebus in natura existentibus, sed sunt merae affectiones mentis nostrae, impossibile nobis erit rationaliter declarare obiectivitatem nostrarum idearum, et ideo...



Quod ratio suadet, experientia confirmat, siquidem:

1) Kant, in suo opere cui titulus « *Critica rationis purae* », docuit nos quidem cognoscere *φαινόμενα*, i. e. quae nobis apparent, sed minime cognoscere *νοούμενα* i. e. ipsa obiecta ut in se sunt.

2) Alii philosophi germanici, qui Kant sunt secuti in explicanda origine idearum, trascenderunt omnem experientiam (hinc nomen illis *transcendentalium*); docuerunt cognoscens esse causam unicam suae cognitionis; porro, ut servarent obiectivitatē scientiae humanae, una simul confuderunt subiectum et obiectum cognitionis, cognoscens et cognitum atque hanc horribilem confusionem appellarunt τὸ *Ego purum* (Fichte), *Rationem absolutam* (Schelling), *Ens nihil*, *Ideam* (Hegel) (1).

(1) « . . . In Germania... nel primo quarto del corrente secolo, i costruttori *a priori* dell'assoluto regnavano così sovranamente che Goëth non dubitava di scrivere: Sono oramai venti anni che i tedeschi fanno della filosofia trascendentale; se una volta se ne accorgono essi si troveranno ben ridicoli » (BOBBA, *Lo speriment. e l'apprior. nella filos. contemp.*, pag. 6-7).

Tempus autem hoc videtur tandem advenisse.

« . . . Il Gruppe non dubita di affermare che il periodo dello strano idealismo che fu in voga da Kant fino ad Hegel recò una grande confusione nella nostra mente intorno all'essenza ed alla missione della filosofia; che le attrattive di quel sistema perdettero a poco a poco la propria efficacia, e che la fede nella filosofia è stata scossa per non essere altro che una agglomerazione di parole vuote di senso.

» Nel giornale di Althin e di Ziller poi non si dubita di scrivere: Ognuno rimane assolutamente disgustato delle avventate asserzioni che si udirono ripetere per tanto tempo finchè dominò la teoria filosofica idealistica e spinosistica dopo la scomparsa di Kant fino ad Hegel ed anche in seguito. Oggi si ride delle promesse da Rodomonte, si prova repugnanza per la confusa verbosità e pei giuochi di parole di cattivo gusto, che tali pensatori fantasticamente adoperano e non si ritiene più come un progresso filosofico la confusa stiracchiatura delle antiche regole del pensiero compassate nel tumulto della dialettica dell'assoluto effimero. E Tilo aggiunge: Le verità dimostrate da Kant furono sventuratamente ottenebrate da molte imperfezioni del suo modo di ragionare e da errori madornali. Così l'opinione da lui professata, che l'esperienza non dimostrò giammai il necessario, ma soltanto il contingente, diede origine alla filosofia che è fuori del campo dell'esperienza, vale a dire al nul-

Prob. III. p. (*ontologismus*) — I. — Systema hoc opponitur ineluctabili conscientiae testimonio: quippe unusquisque conscius est, se nulla frui intuitionē, seu perceptionē immediata Dei.

II. — Ontologi, praesumendo nos iam in hac vita mortali Deum intueri, auferunt omne essenziale discrimen inter cognitionem hominis viatoris in terris et cognitionem hominis gloriosi in caelis, permiscunt ordinem naturalem cum ordine supernaturali, sicque rationalismo latam viam pan-

lismo ed all'idealismo assoluto. Ed è nei principii filosofici da lui professati che ha origine la successiva decadenza della filosofia.... Sotto l'influenza del suo successore ed allievo Kheinold si ebbe il vezzo speciale di accogliere la falsa ipotesi che ogni filosofia debba essere dedotta da un *principio*. I successori di Kant fuorviarono ancora di più accogliendo l'altra ipotesi la quale vuole che la filosofia sia nientemeno che un'assoluta nozione che in sè tutto comprende, rimontando come a punto di partenza ad un principio. Nella dottrina professata da Fichte intorno all'Io, al suo termine contrario ed alla riunione finale di entrambi, risiede il germe della dialettica di Hegel. Il disprezzo dell'esperienza giunse tanto oltre, che Fichte nella sua *Teoria della scienza* annunciava arditamente che questa scienza senza aver bisogno di passare pel crogiuolo dell'osservazione sarebbe per se stessa arrivata a comprendere, mediante il semplice soccorso dell'idea speculativa, l'organismo del più umile fucello d'erba non altrimenti che il movimento dei corpi celesti. In Schelling, riflette Althin, il nuovo modo di ragionare è la logica capovolta. La chiarezza e la precisione delle idee, come il modo di esprimerle, venivano ritenute per stucchevole pedanteria, parto d'intelligenza limitata, mentre l'esposizione di un paradosso e le frasi altisonanti erano accolte ed apprezzate come indizio caratteristico di menti elevate. Fichte, aggiunge Tilo, faceva ogni possa per giungere all'impossibile, mentre Schelling nel suo parlare faceva mostra di maniere elevate ma vuote; ed Hegel si sforzava di provare che il mondo proviene dal *nulla*.

» Il Kirchner è ancora più severo, scrivendo: Della celebre *Fenomenologia dello Spirito* non altro rimane che la prefazione a cagione della polemica contro Schelling, poichè tutto il resto non è che cosa insipida. In quanto alla logica, quegli che si occupa per la prima volta della logica Hegelliana non giunge mai a conoscere l'essere nella sua sostanza. Infine, aggiunge Kirchner, Hegel nella sua filosofia della natura ha dato prova della più gran debolezza d'intelletto... Questa filosofia... trovasi... in continua antitesi colla nuova scienza naturale, la quale, nei suoi più importanti risultati e specialmente dal punto di veduta astronomico, è per lui una pungentissima spina negli occhi » (Idem, op. cit., pag. 22-5).



dunt. Intuitus Dei non nisi ipsi Deo naturalis est: unde neque homines neque angeli possunt illo frui, absque singularissimo dono Dei, quod *lumen gloriae* nuncupatur.

III. — Nullam reddit rationem sufficientem necessitatis quam anima intellectiva, in statu unionis cum materia, semper habet praevii exercitii sensuum necnon concomitantiae alicuius phantasmatis ad intelligendum ipsum Deum. Et vero, si nos Deum intuemur ac per hunc intuitum intelligimus caetera quae intelligimus, ad quid relata necessitas? Respondent adversarii sensationes et phantasmata eo tendere ut cognitio Dei, quae primo obscura est, clara fiat. Sed: — 1) conscientia teste, nullam vel obscuram Dei intuitivam cognitionem habemus; — 2) repugnat cognitionem aliquam intuitivam obscuram esse, praesertim quum ipsa debeat esse (ut haec de qua nunc agitur) prima cognitio nostra et medium quo cognoscimus omnia.

IV. — Non modo rationalismo, ut supra ostendimus, sed etiam pantheismo viam pandit (1). Et vero, si nonnullis saltem adversariis fidimus, idea *entis universalissimi*, quae primo in mente nostra efflorescit, est ipsamet idea Dei. Atqui constat ideam entis universalissimi exprimere aliquid commune omnibus rebus; unde ab omnibus de omnibus praedicatur, dicendo, e. g., lapis est *ens*, canis est *ens*, etc. Si igitur admittitur adversariorum hypothesis, admittendum quoque Deum esse substratum omnium rerum, seu, quod idem sonat, omnia esse Deum.

(1) Duplicis huius aberrationis exemplum praebuit Gioberti.

« . . . Muove anch'egli dal supposto, che « il dogma cattolico trasmettendosi deve esplicarsi, che è quanto dire trasformarsi in scienza »; e pone a fondamento di tutto il suo sistema il *dogma della creazione*. Indi per *trasformarlo in scienza* tanto lo *esplica* in lungo e in largo da poterlo riguardare non più come un *dogma*, sì come un *principio*, e principio generatore di tutti i principii e teoremi e corollarii della sua filosofia. Così la formula: *L'Ente crea l'esistente*, d'esplicazione in esplicazione si trasforma in quest'altra: *L'uomo è in ogni istante della sua vita intellettuale spettatore diretto e immediato della creazione*. Ed ecco il dogma cristiano convertito in un atto primo, immanente, naturale, essenziale dell'intelletto umano! E l'idea di *creazione*, che è senza dubbio la più contraria al *pantheismo*, vien *trasformata in scienza* mediante

V. — Aperte opponitur catholicae fidei, nam: — 1) Scriptura S. docet quod Deus « *lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit nec videre potest* » (I. Tim. VI, 16); quod « *videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem* » (I. Cor. XIII, 12); — 2) Concilium Viennense damnavit errorem, iam a Beguardis professum, « quod anima non indiget lumine gloriae ipsam elevante ad Deum videndum et eo beate fruendum » (*Clementin.*, l. 5, tit. 3, c. 3); — 3) S. Congregatio Inquisitionis, ann. 1861, die 18 Sept., decrevit sequentes propositiones tuto doceri non posse: — a) « Immediata Dei cognitio, habitualis saltem, intellectui humano essentialis est, ita ut sine ea nihil cognoscere possit: siquidem est ipsum lumen intellectuale »; — b) « *Esse* illud, quod in omnibus et sine quo nihil intelligimus, est *esse* divinum »; — c) « Universalialia, a parte rei considerata, a Deo non realiter distinguuntur ».

Prob. IV. p. (*traditionalismus*) — I. — Conscientia nos certos facit ideas non insculpi menti nostrae verbis ab aliis prolatis, sed confingi ab activitate mentis nostrae, tum quum haec res tantum considerat, tum quum haec attendit etiam verbis loquentium de rebus diversis.

II. — Ideae sunt res immateriales; verba vero, quibus sermo coalescit traditioque fit, sunt res materiales, meri soni articulati. Atqui evidenter repugnat res immateriales produci rebus materialibus. Ergo... — Sub hoc respectu *traditionalismus* non differt a *sensismo* nisi accidentaliter, quatenus

una serie di esplicazioni che compongono un sistema, il quale riesce ad immedesimare l'idea con Dio, il Primo psicologico col Primo ontologico, l'ordine ideale con l'ordine reale, cioè (a dispetto di tutte le protestazioni del Gioberti) ad una nuova specie di panteismo: « Iddio è la produttività infinita (atto puro). Produce dentro e fuori. Trinità e creazione. Ma non può far altro che se stesso. L'atto creativo, che nella sua radice è l'atto puro, ha per termine se medesimo. L'atto creativo è dunque teogonico. Dio fa se stesso infinitamente e finitamente. Infinitamente, generazione e processione delle persone divine. Finitamente, crea il mondo. Il mondo è un Dio imperfetto, incoato. La cosmogonia è una teogonia. Esiodo ha ragione » (AUS. FRANCHI, *Ult. Crit.*, v. I, pag. 173-4).



nempe ad ideas obtinendas exposcit verba ac sensationes verborum potiusquam alias res materiales aliasque sensationes.

III. — Vocabula, nedum producant, praesupponunt ideas in mente nostra. Id facto simul et ratione comprobatur. — Facto, etenim quum quis primo audit vocabula linguae ignotae, licet doctissimus, nihil plane intelligit. — Ratione, etenim signa sunt posteriora rebus significatis. Atqui vocabula sunt signa idearum. Ergo, ni homines iam possiderent ideas vocabulis significatas, nec vocabula proferrent ad ideas significandas, nec vocabula, ad hunc finem ab aliis prolata, intelligerent (1).

IV. — Opponitur et ipse catholicae doctrinae, nam: — 1) iuxta Apostolum: « *Invisibilia... ipsius (Dei), a creatura*

(1) Huic quaestioni connectitur alia de origine sermonis seu linguarum.

« Traditionalistae autumant sermonem articulatum a Deo protoparentibus fuisse revelatum, sed et ab hominibus, sine revelationis auxilio, nunquam inveniri potuisse. — Alii vero (praesertim Epicurei veteres, deistae saeculi proxime elapsi), omnes praesentis aevi naturalistae et rationalistae, denique evolutionistae, contendunt homines non solum potuisse, verum etiam de facto sermonem articulatum invenisse. — Non pauci tandem mediam sententiam propugnant, hominem scilicet a Deo sermonem accepisse, sed per se reperire potuisse ».

Sententia ultima, quae pluribus etiam patribus arrisit, continet duas quaestiones: unam *facti*, aliam *iuris*.

« *Questio facti* solvitur triplici saltem argumento:

1°. Ex *Theologia*. Siquidem, ex libro Genesis, « Appellavit Adam nominibus suis cuncta animantia ». Ergo sermonis articulati cognitio vel tota Adamo infusa est, vel saltem quoad potentiam inveniendi statim suarum idearum expressionem.

2°. Ex *Ratione*. Repugnat enim Sapientiae et Bonitati divinae hominem ab origine rerum pluribus saeculis in statu fere bestiali, sine sermonis auxilio, vixisse. — Quod antiquorum populorum traditionibus confirmatur: nam, si fides historiae, status sylvestris est quaedam degradatio, non status primitivus.

3°. Ex *Linguistica*. « Les philosophes allemands sont parvenus à démontrer l'identité de toutes les langues comprises sous le titre de langues indo-européennes » (*Delatre*). — Porro, iuxta plures, item dicendum est de omnibus aliis linguis, quae primum una syllaba constitutae, postea per syllabarum agglutinationem, postremo per flexiones varias evolutae sunt. Ergo probabilius est omnia populorum idiomatica, cum apud anti-

*mundi, per ea quae facta sunt, intellecta, conspiciuntur »* (Ep. ad Rom., 20); — 2) Concilium Vaticanum docuit « Deum rerum omnium principium et finem, naturali humanae rationis lumine e rebus creatis certo cognosci posse » (Sess. 3, cap. 2).

§ II. VERUM SYSTEMA CIRCA ORIGINEM IDEARUM.

Systema, quod in hac difficillima quaestione prae caeteris veritatem attigisse videtur, est illud cui Scholastici, post Aristotelem, adstipulati sunt, quodque idcirco systema peripateticum vel etiam scholasticum appellari solet.

**Expositio systematis.** — I. — Intellectus noster initio est tantum in potentia ad intelligendum, et per se indifferens ad quamcumque intellectionem. Ni igitur ex hac sua indifferentia removeatur, et ad actum determinetur, nihil unquam intelliget.

II. — Omnis potentia indigens determinatione ut ad actum transeat, ab objecto proprio eam accipit. Sic visus determinatur ad videndum coloribus, auditus determinatur ad audiendum sonis, et ita porro. Sed obiectum proprium intellectus nostri, in hac vita mortali, sunt quidditates nempe essentiae rerum materialium, quae sensibus percipiuntur et in phantasia, ut ita dicam, pinguntur.

III. — Res materiales, quales in phantasia pinguntur,

quos, tum apud recentes, a lingua primigenia, quae voces radicales caeterarum linguarum capiebat, originem duxisse: haec autem fuit a Deo revelata.

Ad *quaestionem iuris* solvendam sic argumentari licet: Tria requiruntur et sufficiunt homini, ut per se sermonem invenire possit: ideae quae possent exterius manifestari — voces articulatae — desiderium adhibendi has voces tamquam signa idearum. Porro haec tria possideret homo: nam ideae non pendent a sermone — organum non deficit nisi surditatis — tandem connaturale est hominibus ut sibimetipsis invicem cogitationes suas, signis quibuscumque manifestent: hinc est cur surdum, loco verborum, ex seipsis linguam signorum invenerunt. Ergo homo naturaliter et paulatim sermonem reperire potuisset » (BRIN, FARGES et BARBEDETTE, *Philos. schol., Psych.*, lib. I, sect. III, cap. II, a. III).